

Prov. 1. 7. Eccles. 1. 16.

Initium, caput, & summum Christiane sapientiae est sanctitas.

Psal. 79. 2. Psal. 19. 2.

Isai. 6. 1. 9.

S. Hieron. Seraphini honoratio- rem apud Deum locum habet, quam Cherubini, quia sanctitas pluris ab eo estimatur.

stianae suprema, primaque. Hinc Salomon Prov. 1. 7. Timor Domini principium sapientiae. Similiter Pl. 110. 10. & Ecclesiastici 1. 16. Initium sapientiae timor Domini. Ubi timor est, non solum Dei metus, sed religio, cultus, sanctitas, & observantia erga ipsum, ut claret ex Genes. 20. 11. Deuter. 6. 18. Job 11. & c. 8. 9. Pl. 21. 24. & Pl. 24. 14. & alibi saepe. Pro initium est Hebraice restib a voce ros, id est caput, princeps, dux, principium. Unde vertas: Caput, principium, principatus, summum, principale, optimum, primum sapientia est sanctitas. Quasi dicat: Quod caput extat, quod principale, optimum, primum, & summum Christiane sapientiae, est sancta in Deum religio, & observantia, ipsa animae sanctitas: ac proinde haec praefenda est sapientiae: ut praeferi solet militi Dux, optimum bono, caput reliquis membris, princeps inferiori: nam sapientia sine sanctitate est quasi miles sine duce, corpus sine capite, ac sine principe respublica.

279 Habes Psal. 79. 2. ex Cherubinis dignam Deo sedem ministrari: Qui sedes super Cherubim. Nusquam vero Deus sedere super Seraphim dicitur, sed stipari ab illis: Seraphini enim Deo immediate adsunt, ut patet ex Isai. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum. Seraphini stabunt super illud: id est, juxta illud, vel in circuitu Domini; ut effert ibi S. Hieron. id doctè observans: Legimus in 79. Psalmo, Qui sedes super Cherubim: Seraphim autem praeter hunc locum (Isaiae 6.) in scripturis Canonice, alibi legisse me nescio, qui stare dicuntur in circuitu Domini. Hinc autem certum debet constare, honoratiorem locum a Seraphinis, quam a Cherubinis obtineri: majoremque in pretio Seraphinos apud Deum haberi, quam Cherubinos, cum hos habere dicatur sub pedibus, Seraphinos autem in circuitu uti supremos magnates, & dynastas suo adsistentes Imperatori. Cur, quaeso, tanti apud Deum valent Seraphini praeter Cherubinis, ut Seraphinis Cherubini postponantur? Sanè ut ostendat Deus quanti ab ipso sanctitas habeatur, & a nobis haberi debeat praeter sapientiam. Per Seraphinos enim, quorum nomen etymologia incendium amoris est, sanctitas designatur; per Cherubinos, qui scientia multitudinem significant, sapientia significatur. Ut autem constet, sanctitatem praefendam sapientiae, eique magno intervallo praelucere; proximius, familiarius, & amicitius Deo adsunt Seraphini, sublimiorem, & excellentiorem locum occupantes. Hinc est quod S. Augustinus scite observavit ad illa Pl. 17. verba, Ascendit super Cherubim, & volavit; nullum videlicet posse ad Deum pervenire, nisi prius ipsam sapientiam plenitudinem tranivolando, ad Seraphinorum charitatem perveniat: Exaltatus est super plenitudinem scientiae, ut nemo ad eum perveniret, nisi per charitatem. Quasi apud Deum nullius momenti sit quaecumque sapientiae plenitudo (quam veluti sub pedibus habet) nisi charitati adsoletur sibi conjunctissimae, à qua pretium habeat, & gloriam.

280 Nusquam in Scripturis sacris legimus, Dei sapientiam etsi sublimissimam, a Cherubinis commendari, quomodo dilaudari novimus divinam sanctitatem a Seraphinis Isai. 6. Et clamabant alter ad alterum: Sanctus, san-

Psal. 17.

S. August.

Isai. 6. 2.

ctus, sanctus, Dominus Deus exercituum. Imò benè noscimus, ipsos Cherubinos Deum maxime dilaudare volentes, nullam aliam, quam sancti appellationem commendasse. Sic enim habes Apoc. 4. 8. ubi sermo est de quatuor illis animalibus cum certo intuitu ad totidem Ezechielis animalia, quae Cherubini erant: Requiem non habebant die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus omnipotens. S. Damascenus lib. 1. de fide c. 16. legit: Haec erat illorum requies; evigilare nimirum Dei sanctitatem iteratis clamoribus, & indefinenter. Cur, rogo, Cherubini, plenissima Dei sapientia praetermissa, divinam solummodò sanctitatem sic commendant? Cur non potius divinae sapientiae laudationem interponunt, quandoquidem suo id nomine praeseferunt? Sint praestantissimi divinae sanctitatis laudatores Seraphini, utpote incensandum amoris: ad quos, quaeso, divinae sapientiae praedicatio potius spectabat, quam ad ipsos Cherubinos, à sapientiae plenitudine sic dictos? Equidem putaverint, tam Cherubinos, quam Seraphinos eos sanctitatis nomine divinum Verbum, repetitis vocibus, insignire voluisse; quia sciunt, nullum aliud esse nec magnificentius, nec Deo gratius, quam Sancti cognomentum: sciunt sanctitatem pluris a Deo fieri, quam sapientiam. Ea propter non Dei omnipotentiam, non sapientiam, non aeternitatem, non immensitatem, sed solummodò sanctitatem commendant; ac si neque aliam sciunt, neque aliam hominibus tradant laudationis materiam; neque illustrius aliud cognomentum, quo Deus honoretur, invenire possint. Ut sic ex Dei mente, & ipsorum exemplo, sapientissimus quisque noverit, non tam sapientiam, quam animae sanctitatem esse commendandam, & aestimandam. Rectissime S. Ambros. lib. 3. de Spiritu sancto cap. 18. Nos quoque nihil pretiosius invenimus, quo Deum praedicare possimus, nisi ut sanctum appellemus; quodlibet aliud inferius est Deo, inferius est Domino.

281 Contemplare, obsecro, supremum Hebraeorum Pontificem sacris indutum ornamentis Exodi 28. Etenim sanctitatis cognomentum aureo diademate caelatum supra caput praeferebat: Facies & laminam de auro purissimo, in qua sculpsit opere calatoris; Sanctum Domino (Hebraice sanctitas Domino) capite, sagittabisque eam vittâ hyacinthinâ, & erit super tiamam imminens fronti Pontificis. Vides, sanctitatis insigne in fronte, & super caput deferri? expende ubi humanae & divinae sapientiae thesauros portaverit. Ad pedes utique, extremasque talaris indumenti fimbrias: Deorsum vero ad pedes ejusdem tunicae quasi mala punica facies, mixtis in medio tintinnabulis. Atqui per tintinnabula illa bellè exprimi humanae, & divinae sapientiae thesauros per voces praedicatorum manifestandos omnibus mundi nationibus (quorum septuaginta duo malogranata symbolum sunt) communiter sentiunt sacri enarratores. Videtis S. Gregor. p. 2. curae Pastor. c. 4. & in Regil. lib. 1. cap. 24. S. Isidorum in lib. Exodi c. 54. S. Cyrillum lib. 11. de Adoratione, S. Bedam in Exodum. Planè eò haec spectant, ut moneamur, pluris a Deo fieri sanctitatem, quam sapientiam; & quantum caput pedibus, aureumque diadema extremis fimbriis vestimentorum antecellit tantum sanctitatem praefendam sapientiae.

Quod

Tamen Cherubini, plenitudo sunt sapientiae, non tam dilaudant, sed à sanctitate. Apoc. 4. 8.

Sanctitate divina nullum illustrius cognomentum, quo Deus honoretur. S. Ambros.

Exod. 28. 36. Sancti as in capite, sapientia ad pedes.

Verf. 33.

Quantum caput pedibus, tantum sanctitas antecellit, & praefenda sapientia.

Exod. 28. 30. S. Hieron.

Can. 7. 7.

Statura sponsae ex-celsa est ejus sanctitas; ubera autem sapientia.

Tantum praecellit sanctitas sapientiam quantum palma vitis.

Exod. 28. 36. Sancti as in capite, sapientia ad pedes.

Ezech. 41. vers. 18. Inter binos Cherubinos palma erigitur, quia sanctitas sapientia excelsior, & principem

Quod si honoratiores sedes danda sapientiae & doctrinae est, non alia sublimior conceditur, quam cor vel pectus, perstante semper in capite sanctitate ipsa. Exod. 28. 30. Pones in rationali iudicii doctrinam, & veritatem, quae erunt in pectore Aaron. Ubi S. Hieron. Epist. 128. ad Fab. Ob id in rationali veritas est, id est, scientia, ut noverit, quae docenda sunt; & manifestatio, atque doctrina, ut possit instruere alios. At doctrina & veritas in capite potius erant collocanda, quod sedes sapientiae propria videtur; atque id jure suo rationalis nomen sibi vendicabat, cum rationale sit quod ad rationem pertinet. Cur in pectore sive corde ponitur, quod amoris domicilium extat? Certè sublimior locus, sedes sanctitatis est; ut quae majori in honore, & pretio habenda; cedat sapientia, quantumvis divinissima, cedat sanctitati honoratiorem locum: locum ipsa occupet infimum ad sanctitatis conspectum. Quod si ob ejus singularem praestantiam ei superius ascendere licuerit, in pectore collocetur, ubi voluntatis & amoris sedes; nimirum ut designetur, à sanctitate ipsa hunc illi honorem datum, uti inferiori à superiori.

282 Commendans divinum Sponsus Ecclesiae suae magnalia Cantic. 7. 7. illud maxime arrisit: Statura tua assimilata est palmae, & ubera tua botris. Quae verba, ad superficiem considerata; tantum corporis habitum in sponsa sua laudat, quem palmae assimilat vitem habenti maritatum. Princeps verò intellectus docet, egregiam esse Ecclesiae sanctimoniam sapientiae adsoletam: sanctitatis enim hieroglyphicum palma extat, uti sapientiae vitis, botris onustam, & cum palma maritatum. Propterea Psal. 91. 13. dicitur: Justus ut palma florebit. Et de sapientia aliis communicata habes Cant. 11. Meliora sunt ubera tua vino. Meritissimo id quidem: ut portendatur, tantum praecellere sanctitatem sapientiae, quantum palma vitis, quantum statura universa solis uberibus. Vitis terrae adhæret, & serpitque nisi palmae adminiculo fulciatur; per palmam honoratiorem locum tenet, ab infimo solo in sublime fertur. Sic vitis sublimis apparet, & speciosa, fructusque fert, & ostentat, quatenus palmae inter reliquas arbores eminenti innititur. Etenim nullus est sapientiae fructus, nulla pulchritudo, nullus honor, & sublimitas, nisi sanctitati marieetur, & innitatur. Subtextit Sponsus; nam Sponsi illa sunt verba ex multorum placito: Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Aquila vertit, elatas. LXX. cacuminæ alii, altitudines; Symmachus, ramos. Fructus palmae, summaque germina, dactyli florentes, dum elatae sunt, intelliguntur. Quasi vitis fructu proximis derelicto, sponsus frui velit Ecclesiae suae sanctitate sublimi, robusta, per fructus palmae sublimes designata. Haec illi in deliciis, & majori in pretio est, quam sapientia, cujus ænigma sunt botri. Cupis videre, quae ratione summum honoris fastigium sanctitas ipsa teneat? Expende quae de Cherubinis & palmis in parietibus Templi cœlatis, scribit Ezechielius c. 41. Fabrefacta Cherubim, & palma inter Cherubim, & Cherubim. De terra usque ad superiora porte Cherubim & palma caelata erant in pariete templi. Inter binos Cherubim palma una mirum in modum erecta praeminebat; Cherubinis ad inferiora ipsius palmae latera perstantibus, etsi alatis, & expansas alas ha-

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

bitibus. Cur non alarum remigio ad superiora ascendunt, & in sublime supra palmae caecum debet habere. cumina feruntur? Porro Cherubim (ut jam videmus) expressa sapientum virorum, atque sapientiae ipsius simulachra sunt: palma verò appositissimum sanctitatis emblema. Hujus festigium adeo est sublime, ut nullâ queat sapientia, etsi Cherubicâ & pennatâ, attingi, necdum volatu superari. Medium locum praeter ceteris honoratissimum sanctitas tenet; quem tenere sapientia licet nobilissima nunquam possit: fat illi est locus sanctitatis inferior perquam dignissimus; satque pro eximio ejus honore, & gloria, si sanctitati adsoletur. Ut enim magnus Cassiodorus lib. 9. varia. Epist. 6. Patricium commendans: Primum, inquit, nobis placuit tuos mores inspicere, sine quibus possum quaelibet optima displicere. Secunda nobis cura fuit, eloquentia tua fluentia perquirere, quam licet singulariter diligamus, moribus tamen justè postponimus. In illis enim vita cognoscitur, hic tantum lingua laudatur: sed in te valde decorum, quia utrumque nosceris habere sociatum.

SECTIO XV. Laus ex ore proprio, ut speciosa sit, pretiosa, & fructuosa, non ab gloriola cupiditate, sed à Dei honore, & audientium bono debet oriri.

283 Non vanum, & humanum, sed divinum illud, ac necessarium praeconium est, quo se ipsam incarnatam Sapientia dilaudat; speciosa haec, pretiosa, & fructuosa laus, cum ad Dei gloriam referatur, & audientium bonum: & in Deo honorabitur. Janfenius explicat: honorabitur à seipsis, ut noveris, quaecumque proferas de te honorifica & gloriosa, ad Dei gloriam referre, & proximorum salutem: sic laus ex ore proprio non indecora, sed pulchra; non vilis, sed pretiosa; non vana, sed fructuosa erit. Rectè admodum S. Cyprianus Epist. ad Donatum: In proprias laudes otiosa jactatio est. Quamvis non jactatum esse possit, sed gratum, quid quid non virtuti hominis adscribitur, sed Dei munere praedicatur. Gratam, jucundam ob pretium, ob speciositatem suam, appellavit laudem in ore proprio; si ad Deum referatur, à quo valorem, & pulchritudinem accipiat. Audi divinum Poëtam Psal. 104. 3. sic monentem: Laudamini in nomine sancto ejus. Aquila vertit gloriamini. Expende in quo gloriarî nos, & laudare liceat: in nomine sancto ejus. Quasi non alia laus, & gloria captanda hominibus, nisi quae Domino deferatur. Nihil hac Deo delata gloria, & laude pulchrius nobis, & elegantius; nihil pretiosius. Nam sic Dei nomen, in quo gloriamur, nobis erit pro pulcherrimo ornatu, & aureo diademate, quo pulchra, & pretiosa appareat nostra laus. Existimo enim fieri à Davide in illis verbis allusionem ad coronam auream sculptum habentem Dei nomen, de qua Exod. 28. 36. Ecclesiastici 45. 14. Corona aurea super mitram ejus expressa signo sanctitatis, gloria honoris, desiderio oculorum ornata: id est, intuentium oculos, & desideria ornatu suo, & pulchritudine mirè oblectans. Expressa signo sanctitatis dicitur, quia in lamina aurea quasi in sigillo sculptum erat

In proprias laudes otiosa jactatio. S. Cyprian.

Psal. 104. 3. Si in nomine Dei gloriamur, laus pro corona erit, & ornatus eximio.

Eccle. 45. 14.

G 3 sancti



sanctitas Domino: id est, sanctitas, laus, & gloria soli Deo deferenda. Unde S. Chryso- st. Pfal. 5. 12. loft. premens illud Psalms 5. Et gloriabuntur S. Chrysoft. in te, qui diligunt nomen tuum, ita opportu- ne: In Deo gloriari, & in amore in ipsum, est ornatus omnium maximus, & splendor, qui innumerabilia superat diademata; etiam sit captivus, & in vincula coniectus qui gloriatur.

284. Sic David Pfalms. 85. 2. suam sancti- tatem evulgabat, sed sanctitatem Domino re- ferebat, ut laus pro aureo, & specioso dia- demate ei esset: Custodi animam meam, quo- niam sanctus sum. Hebraice pro sanctus, est Hasid, id est, pius, beneficus, pietatis stu- diosus. Videntur iactantiae verba, cum de sanctitate, beneficentia, & pietatis studio glo- rietur. Absit tamen huiusmodi gloriola a san- ctissimo, & humili viro: laus sui ipsius est, non ex superbia, sed ex humili & honesta do- norum Dei recognitione, quae licita est, & pulchra; uti praclare observat S. August. ibi: Non est ita superbia elati, sed confessio non ingrati: imò & habere te cognosce, & ni- hil ex te habere; & nec superbus sis, neque ingratus, dic Deo tuo: Sanctus sum, quoniam sanctificasti me, quia accepi, non quia habui, quia tu dedisti, non quia ego merui.

285. Huc spectare reor thronum Dei ma- gnificum à Pachmeo Vate divina mysteria contemplantis inspectum; quem stipabant vi- ginti quatuor Seniores candentibus amicti ves- tibibus, & aureis coronis redimiti ac singuli singulis thronis insidentes Apocal. 4. Illud unum sit maxime ad rem nostram. Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in thro- no, & adorabant viventem in secula saeculo- rum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es, Domine Deus noster, ac- cipere gloriam, & honorem, & virtutem. Quid est, quod viginti quatuor hi seniores coro- nas suas deponunt, illas Deo facrantes ante eius thronum; cum potius accipere deberent, Dei obsequio mancipati, cui servire regnare est? Atque per istiusmodi seniores eorum- que ornatum, designari viros sanctitate, & dignitate praexcellentes, in confesso est apud omnes. Quid enim aliud sedilia regalia, can- dida vestimenta, & coronae aureae capitibus impositae typicè portendunt, nisi eorum me- rita, vitae innocentiam, principatus, & di- gnitatem? De his omnibus videntur gloriari, dum thronis insident, dum lineas vestes, & aurea diademata ostendunt, innumerabili po- pulo adsistente. Ut verò demonstrarent, non inaniter gloriari, sed in Domino; sedilia in- terim relinquunt, in genua procumbunt, coro- nas subjiciunt, & uni Deo illa omnia con- fecerant, atque accepta referunt; cui omnes suas glorias, honores & laudes deferendas vo- lunt. Sic Rupertus lib. 3. in Apoc. Mittunt virtutis, quidquid habent dignitatis, Deo cum gratiarum actione offerunt. Caeterum expende ulterius quod facer textus observat, & non levem ingerit difficultatem. Et cum darent animalia gloriam, & honorem, &c. procide- bant viginti quatuor seniores, & mittebant co- ronas suas ante thronum. Tunc sapientissimi seniores procidebant, & coronas deponebant, cum mystica illa animalia gloriam, & hono- rem Deo referebant. Ast Animalia (subte- xit Joannes) non habebant requiem die, ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus. Et

go Seniores nullo unquam tempore thronis insidebant, nec coronas capitibus suis defere- bant? Semper igitur extra sedilia erant, & coronas ante Dei thronum abjectas habebant? Respondet argute Richardus de S. Victore ibi: Sanè coronati illi resident, qui ante divi- ni Agni thronum prostrati coniacent. Quasi di- cat: Tunc vel maxime thronis insidebant, & coronis condecorabantur, cum ante Dei thro- num procidebant, & coronas deponebant, uni Deo omnem suam laudem, honorem, & glo- riam deferentes: nam in Deo gloriari, & se- ipsos laudare, est honor maximus, & splen- dor innumeralia superans diademata, ut aie- bat Sanctus Chrysoftomus. Sanctos se esse di- cebant, quia à Deo id acceperant, non quia id à seipsis habebant; quia Deus dedit, non quia ipsi meruerant.

286. Date aures D. Paulo ad Corinthios scribenti Epist. 2. cap. 10. vers. 17. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Quomodo in Domino? Illi scilicet, cuius dona sunt, omnia accepta referendo; illi omnem gloriam dando, & ad illius lucrum spirituale, & ani- marum salutem cuncta referendo. Pulchrè fa- tis D. Ambrosius ibi: Hoc dicto significavit, ipsam confidentiam, & gloriam Domini dan- dam, cuius gratia est, ut qui in potestate Evan- gelica confidit, Deo auctore confidat, ut qua- stus omnis negotii divini Domino in lucrum ve- niat. Pende quo sale dicta illa verba: ut quastus omnis negotii divini Domino in lucrum veniat. Quasi dicat: Quastuosa res est, quandoque seipsum dilaudare, sive factis, sive dictis pro- nata occasione: at quastus omnis, atque ex communicatione propria emergens lucrum, in integrum Deo, cuius fors tota est, dan- dum, reddendum. Sic Paulus faciebat; sic David. Etenim suas mitissimus hic Rex ore proprio laudes verfabat, eas non semel cele- brabat, ut videre est in Regum, & Psalmo- rum libris. Caeterum ea se lege commenda- bat, commendatumque voluit, ut ex quavis sui commendatione magnum Deo lucrum e- mergeret. In Domino (ait Psal. 33. vers. 3.) laudabitur anima mea. Ubi Hebraea voce it- halles denotatur actio in seipsum; ac si di- cat: Laudabit seipsum anima mea: vel etiam memetipsum laudabo; nam anima sumi solet pro persona, ut supra diximus. Iactabo me- metipsum, explicat Mariana noster. At verò P. Mariana: in Domino, cui universus huius meae com- mendationis quastus, ac fructus omnis re- pendendus.

287. Hinc Templum illud Salomonicum edificari Deo ob eximias victorias, quas il- lius ope & virtute reportaverat, summope- re exoptabat David: quod ingeniosè perse- quitur noster Alcazar Apoc. 3. p. 2. vers. 12. Notatio. 1. probatque ex 1. Paralip. 29. 11. ubi legere est, Centuriones, ac Tribu- nos Templi erectioni magna obtulisse au- rea, & argentea talenta, & Davidem tunc benedixisse Domino coram omni multitudine: Tua est, Domine, magnificentia, & po- tentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus. Quo sanè fit, Templum illud Deo Victori fuisse aedificatum, & consecratum, propter triumphos Davidi concessos: sic- que veram omnino, fructuosam, & qua- stuosam fuisse ejus laudem à Dei honore & gloria prodeuntem. Vide quastum, vide lucrum, vide fructus. Videbis haec omnia typi-

Tunc maxi- me coronis decorantur, cum ante Deum illas deponunt. Richard. Victori.

S. Chrysoft.

2. Corinth. 10. 17.

S. Ambros.

Quastuo- sum est se- ipsum lau- dare; si qua- stus omnis Deo redda- tur, cuius re- ra fors est.

477n

David Deo victori sem- plum aedi- ficans voluit, illirependens triumphos omnes suos.

1. Paralip. 29. 11.

typicè designata, si Templi illius parietes uni- versos variis Cherubimorum, & palmarum pi- cturis, ad victoriae soli Deo tribuendae signi- ficationem, undequaque exornatos, circum- spicias, animadvertatque 3. Reg. 6. 29. Om- nes parietes Templi per circuitum sculpti variis calaturis, & fecit in eis palmas prominentes. Visebatur ibidem, non solum palmarum, sed & olivae etiam frondium, malorum punico- rum, liliorumque frequens imitatio, ut patet ex Jere. 52. 23. & 2. Paral. 3. 16. & 3. Reg. 7. & cap. 4. 42. & 2. Paral. 13. Quid fru- ctuosius? Quid quastuosius? Quastus om- nis negotii divini Domino in lucrum venit: ut aiebat Amb. sup.

288. Exitus acta probavit. Enimverò Regius Vates inter ea, quae spiritu afflatus propheticus, verba edidit, novissima haec moriturus jam decantasse dicitur 2. Regum 23. 5. Cuncta salus mea, & omnis voluntas, nec est quid- quam ex ea, quod non germinet. Pensanda ver- ba. Recensebat David ore proprio laudes suas à v. 1. Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Jacob (de se loquitur ipse, vir nempe con- stitutus Rex, seu unctus Dei;) vel Galeno in- terprete in c. 1. ad Hebraeos, (vir, cui reve- latum est de Messia.) Dixit Deus Israel mihi (id est de me) fortis Israel, dominator homi- num, justus, dominator in timore Dei (id est, ut sim petra Israel, & dominator homi- num justus, dominator in timore Dei) Egre- gius psalter Israel, &c. Porro haec & huius- modi alias proprias laudes ore suo enumerat David. Verum ne vana haec, & inanis iacta- tio videatur, sed vera potius, ac fructuosa, gloriari se in Domino fatetur, & omnes illi suas glorias & encomia accepta refert: Cuncta salus mea, & omnis voluntas: neque est quid- quam, quod ex ea non germinet; Deo nempe honorem, & gloriam. Ubi rectè Liranus ob- servat, Davidem ad eum statum perfectorum pervenisse, quibus commendat Paulus 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Pulcher- rimum igitur propriae laudis fructus, Dei hon- or, & gloria. Preme adhuc illa, cuncta sa- lus mea. Ubi salus ex usu sacrae Scripturae potest accipi pro triumphali cantu seu epini- cio; quo strenuè gesta, ac feliciter peracta celebrari solent, quales sunt Davidici Psalms non pauci. Observat id acutè noster Sanctius ad id Isaiae 60. 18. Occupabit salus nuros tuos, & portas tuas laudatio, firmatque ex Apoc. 19. 1. Laus & gloria & virtus Deo nostro: Graecè pro laus est salus. Igitur ait David; cuncta salus mea, &c. Quasi dicat: Ex uni- versis Psalms, cunctisque carminibus, qui- bus me ipsum commendavi, & iactavi non se- mel, tributa Deo pendo, lucrum persolvo, fructus offero uberimos meae voluntatis: Ne- que est quidquam quod ex ea non germinet. Sic ex ore proprio fructuosa, & quastuosa laudatio.

289. Multus est Job in proferendis vitae suae meritis, & magnalibus: qui virtutibus sese exercuerat tacitus, & modestus, qui incre- dibiles diuturno silentio calamitates subierat, totus in decantandis suis actionibus laude di- gnissimis versatur cap. 29. Exponit benevo- lentiam, pietatem, misericordiam, & aequi- tatem suam erga pauperes & afflictos; auxi- lia miseris, & egentibus praestita; pertexit vitae suae innocentiam, sanctitatem, ingentia- que beneficia, quibus homines demeritis est. Nihilominus tamen Deo offensioni non fue-

3. Reg. 6. 29.

2. Reg. 23. 5.

Commemorat suas laudes David, sed eas uni Deo acceptas re- fert.

1. Cor. 10.

Salus pro opinio, seu triumphali cantu.

Isai 60. 18. Apoc. 19. 1.

Recenset magnalia sua Jobus, sed Deo illa accepta re- fert.

re Jobi laudes ore proprio prolatas; imò eum summae laudationis laurea, atque coronâ dona- vit, ut loquitur S. Isidorus in Catena. Quid hoc? Nonne frigida est sui commendatio, & Phariseus se laudans apud Deum offendit? Luc 18. 14. Friget quidem in ore proprio laus, quam sibi quisque nulla necessitate coactus ad- sciscit, ut Phariseo contigit: Jobus autem se necessariò, & opportunè dilaudat: nec lau- datio haec ab gloriolae cupiditate, sed à Dei ipsius honore, & audientium bono oritur. Post- quam sui custodiam, ac praesentiam Deo tri- buit (verba sunt S. Chrysoft. in Catena) tunc ipse in Domino gloriatur: in rectè factis lau- dem ponit suam. Certè cuncta salus Jobi, & omnis ejus voluntas: neque erat quidquam quod ex ea non germinaret: sicut palma (ut ipse Jobus ibi subtexit) multiplicabit dies suos. Pullulabat sicut palma, sed Deo, qui trium- phi gloriam deferebat palmarum.

Preme illud Chrysoftomi: In rectè factis laudem ponit suam. Etenim, licet omnes vir- tutes Deo inspiratori, & cooperatori potissi- mum debeamus; nam ipse sese nobis donavit, & nostris se actibus inseruit, ut de nobis pul- lelet, quidquid laude dignum est; tamen quia per voluntatis humanae actionem liberè sunt: à voluntate etiam nostra habemus aliquid lau- dis, & gloriae fundamentum. Quod Theolo- gus Nazian. Orat. 1. Apolog. sapientissimè observat: Summa, ac singularis Dei bonitatis argumentum est, ut virtus, nostra aliqua ex parte sit. Ubi ejus scholasticus Elias Cretenfis: jam excellens fuit erga genus humanum Dei be- nignitas, ut virtutem non beneficio tantum suo hominibus contingere voluerit; verum etiam effecerit, ut ipsam adipiscendam ipsi quoque par- tes suas adjuvant: atque ita rerum gestarum laus non tota sit Dei, sed aliqua ex parte ho- minum. En unde homo aliquid habeat, quo gloriatur, sed in Domino.

SECTIO XVI.

Securus est omnimode suae puritatis, & sanctita- tis, qui coram domesticis suis seipsum dilau- dat, plaudentibus ipsis.

290. Eximium hoc incarnatae Sapientiae en- comium, magnumque de vitae suae innocentia argumentum; quod securè se in medio populi sui commendet: magnam enim meretur laudem, qui securus de omnimoda puritate, & sanctitate coram domesticis suis se dilaudat. Etenim qui Dominus est, & po- pulum habet, ac domesticos, patentissimus il- lis extat, cunctis patet in omnibus actibus suis; errores proprios abscondere nequaquam po- terit: tot in se coniectos oculos habet, sin- gulorum actuum testatores, quot domesti- cos, quot populares: domesticorum autem & popularium quot oculi, tot lucernae, ad minima quaeque perferenda. Ut enim in re simili S. Chrysol. ferm. 1. Inter propinquo- rum lumina non valent delicta versari; pro- pinquorum quot oculi, tot lucernae. Hinc Jo- bus inter alia, quae suae innocentiae argumen- ta profert, illud sapienter urget: Quando erat Omnipotens mecum; & in circuitu meo pue- ri mei. Pueros appellat tum liberos, tum nu- merosam fervorum familiam, populumque uni- versum: quorum oculi testabantur Domini sui facinora, undique illum circumspectientes.

S. Isido.

S. Chryso.

Rerum ge- starum laus non tota est Dei, sed aliqua ex parte homi- num.

S. Nazian.

Elias Cre- tenf.

Domestici oculatissimi sunt circa Dominorum actiones. S. Chrysol.

Job 29. 5.

Dilaudat se ipsum David, sed in Domino. Psal. 85. 2.

S. August.

Apoc. 4. 10. Apocalypsi- ei Seniores suam com- mendant sanctitatem Deo illam referentes, dum mittunt ante thro- num coro- nas.

Rupert.

Apoc. 4. 9.